Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

oratio preualet. Adime quoq; Deiciunio
tibi saturitatis panē. Parsimonia tuum corpus castiga; Ieiunis & abstinen
tię insertias. Pallida ora gere. aridum porta corpus. Esuri & siti abstine
& aresce; Non potes temptationes uincere. nisi ieiunis eruditaris. Escis
enī libido crescit. ciborum saturitas carnis luxuriam suscitat; Et dacitatis
uitio crescit carnis temptatio; Saturitati semp libido adiuncta est; At con-
tra ieiunio libido restringitur. Ieiunio luxuria superatur; Sequestrata
saturitate. non dominatur luxuria; Abstinentia enī caro superatur. absti
nentia luxuriam frenat; Libidinis impetum. abstinentia frangit; Siti
& fame. carnis luxuriam interit; fame & siti. carnis lasciuiam supera;
Vino quoq; multum grauatur mens; Vinum uitus est. preualet animo;
Vino luxuria excitatur. vino fomes libidinis enutritur; Pocula quip-
pe instrumenta luxurię sunt; Igni enī adiecto fomite. incendium ma-
gis crescit; Adiecta igni materia. plus augetur flamma; Oculi quoq; p̄
ma tela libidinis. Visio prima. concupiscentia mulieris; Mens enī per
oculos capitur; Aspectus namq; amorum. iacula mittit; Aspectus af-
fectum facit; Concupiscentia libidinē nutrit. Aspectus mentē incitat.
animā titillat cor uulnerat; Subtrahe igitur uisum reprime oculos
apetulantia. non eos defigas in speciem carnis. Nullam adconcupiscendū
aspicias. Nullam hoc animo adtendas. ut con cupiscas; Tolle occasionem
peccandi. aufer materiam delinquendi; Si uis esse a fornicatione tutus. esto
corpore & uisione discretus; Corpore quippe se iunctus. apeccati inten-
tione discedis; Circa serpentem aut positus. non eris diu inlesus; Ante
ignē consistens. & si ferreus sis aliquando dissolueris; Proximus periculo.
diu tutus non eris. Per adsiduitatē. cito peccat homo; Sepe familiaritas
inplicauit se peccatis; Sepe occasio peccandi. uoluntatē fecit. Sepe quos
uoluntas non potuit. adsiduitas superauit; Ergo opa t̄ lectiones ignause
Otiositatē dedicō. cito luxuria subripit. Vacantem; luxuria cito
preocupat. Grauius libido urit. quē otiosum inuenerit; Cedit aut
libido laboribus. cedet operi. cedet industrię. & laboribus; Libido quippe
carnis sepe labore uincitur; Corpus enī labore fatigatum minus delec
tatur flagitium; Qua propt̄ precaue otium. Non diligas otium nec
ducas uitam inotium; fatiga corpus laboribus exerce operis cuius liber